



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Didaci Covarrvvas A Leyva Toletani Episcopi Segobiensis
... Opera Omnia**

**Covarrubias y Leyva, Diego de
Antverpiae, 1610**

17 De decimis, earumque iure.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96570](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96570)

no infrequens, actorem & reum circa eandem rem simul petitoriū deducere. nam gl. ibi huic difficultati mederi cupiens, exponit coniunctionem, Et, eam accipiens disiunctive pro Vel, vt petens restitutionem interdīto recuperanda suspendat petitoriū a se vel ab aduersario propositū: quæ quidem interpretatio quibusdam placet, alijs vero magis aridet, quod petitoriū dicatur ab vtraque parte proponi, ab actore quidē agendo, à reo vero defendēdo. l. i. ff. de exc. p. Sed & Car. oppo. 7. d. elem. 1. posse id fieri fatetur. Cui ipse libenter consentio exemplum istud confingens: si quis etiam possidens, quod petit, agat petitorio, quod contingit in iurib. incorporalibus, & in beneficialibus, ex paulo ante traditis, ac demum reus etiam egerit petitorio cum non possideat, isq; reus deinde proponat possessorum suspendens petitoriū à se, & ab aduersario deductum. Aliter aptari poterit exemplum dict. constitutioni ex Lapo alleg. 97. Card. ibidem quest. 1. si quis agat possessorio: reusq; petitoriū deduxerit, ac denique actor petitoriū proposuerit eaq; causa ad Apostolicam sedem per appellationem fuerit deuoluta, licebit sane primo actori possessorij prosequi suspensa proprietatis questione, ab eo simul & ab aduersario in iudiciū deducta.

Et idem erit secundum eodē, si actor agat petitorio, & præterea possessorio aduersus possidentem, isq; reus petitoriū deducat vltus reconuentione saltem ad effectum, vt simul tractetur vtrunq; poterit equidem actor coram iudice appellationis possessorum iudiciū prosequi, suspensio petitorio ab ipso & aduersario propositum.

CAPVT XVII.

De decimis, an iure naturali, Diuino, an Humano tantum debita sunt.

SVMARIA.

- 1 Veteris legis precepta an essauerint. possintve noua lege istorum statuta atque ibi traduntur quadam de Paschate celebranda.
- 2 Decimarum institutio quamuis non sit ex iure naturali, nec diuino quo ad certam quantitatem: est tamen, & procedit quo ad congruam sacerdotum sustentationem.
- 3 Laici quandoq; coguntur sacerdotibus oblationes exhibere.
- 4 Decimæ quantum ad quorundam partem iure humano iustissime sunt institutæ.
- 5 Ius percipiendi decimas non potest laici competere, aliter quæ ex privilegio: & ibi de concilio Lateranensi, & de Decimis in feudum dandis.
- 6 Laici soluant iure percipiendi decimas, an sint ante omnia restituendi: & ibidem de privilegio & prescriptione decimarum.
- 7 Clerici possunt prescriptione acquirere ius percipiendi decimas ex aliena parochia, & ibi de intellectu c. 1. de prescrip. in 6.
- 8 An possit consuetudo reddere quem inuicem à solutione decimarum: & ibi an teneantur laici decimas deferre in horrea clericorum.
- 9 Laici an possint eximi à solutione decimarum privilegio Romani Pontificis.
- 10 Prescriptio quid possit circa exemptionem à soluendis decimis, & ea quanti temporis sit sufficiens.
- 11 Seruitutes discontinuæ quanto tempore usucipiuntur? & ibi de usucapione iuris ascendit.
- 12 Verba quædam D. Thomæ in tractatu de decimis perpenduntur.
- 13 Prescriptio, Privilegiumve de Decimis percipiendis aut non soluendis, an ad nonalia extendatur.
- 14 Intellectus cap. penult. de privilegio.

Non equidem dissideor, questionem istam quibusdam iuribus nimis, parumq; videri vilem. potissimū his, qui forensia, praximve iudiciale quotidie tractant, quippe qui eam succincte, ac veluti per transennam absq; eius appendicibus cōtemplentur, minime considerantes ea que ex huius controuersie vera decisione etiam ad praxim deduci frequentissime poterunt: verum eam radicitus examinans, quam vtilis etiam apud tribunalia sit, dubio procul ostendam. Est tamen ad eius cognitionem prænotandum præceptorum veteris testamenti quædam esse iudicialia, quædam moralia, quædam etiā ceremonialia. Iudicialia quidem pertinent ad iustitiam hominibus exhibendam, iusq; vnicuique tribuendum: ex quibus leges veteris testamenti censentur, quarum obseruatio iudicib. ipsi incumberebat, vt proximo redderetur, quod suum esse constaret, paxque & concordia absq; vllius iniuria tutissime custodiretur. Moraliam ad dictam legis naturalis spectat, vt quilibet virtutes ipsas exerceat, nihilq; agat ab ipso iure naturali alienum. Ceremonialia vero de his agebant, quæ ad cultū diuinū, ad reuerentiā, honorē & obsequium Deo exhibendū statuebantur: sicut Paulus ad Rom. c. 7. scribit, dicens: Itaq; lex quidem sancta, & mandatum sanctum: & iustum: & bonū. His etenim verbis Paulus mandatū sanctum ad ceremonialia, iusti ad

iudicialia, & deniq; bonum ad moralia retulit, auctore duo Thom. 2. q. 99. art. 4. quo in loco hæc precepta commemorat à cæteris Theologis passim receptis, tamen gl. c. d. constituit. & las. in l. 1. nu. 35. ff. si certū petat. alia vitatur dicitur in d. q. 99. Doctores in d. c. 1. & in d. c. vlt. vbi Card. à Turis Cremata in princip. idem tradit, & Florentinus 1. part. in 1. 4. Evangelica lege lata omnino cessauerunt, & ceremonialia totum amiserunt. Paulus etenim ad Galat. capit. 3. scribit: Frustra in eam fidem, que erat reuelanda, itaq; custodiebamur condidisti fuit in Christo, vt ex fide iustificemur. At vbi venit fides, iam non sumus sub pedagogo. Et iterū c. 4. Sed quæ dicitur scriptura: Ego ancillam & filium eius non enim erit heres filium ancilla cū ipso liber. Itaq; fratres nō sumus ancilla filij, sed libera qua libertate Christus nos liberauit. Paulus, inquam, itaq; scribens testatur manifestissime eiciendā esse legē veteris, que tanquā ancilla fuit legis Euangelicæ, vnde alibi: Trāslatio fiat ad Hebr. c. 1. quib. sane adeo verum est, quod Christo Iesu lata veterem legem antiquatam fuisse, vt plane hæreticum sit existimare, legem veterem seruandam esse simul cum lege noua: sicut apparet Act. cap. 15. & August. tradit lib. de hæresibus, ac diligenter Alфонsus à Cast. de hæresib. d. 1. de homi. & hæ leges seruantur non tanquam ex veteri lege, sed no vter lege humana constituta sunt. Verū ceremonialia veteris testamenti nequaquam posse lege lata à principib. Christianis iterū institui in hac specie adferit dicitur Thomas 2. 2. q. 87. art. 1. in solutione questionis: & idem 1. 2. q. 104. art. 3. scribens ceremonialia à iudicialib. in hoc ipso differere, quod ceremonialia non tantū mortua sint, sed & mortifera obseruantibus ea post Euangelicæ legis edictum: ad iudicialia mortua quidem esse, quippe quæ vim obligationis non habeant, non tamē mortifera, quia si quis principes eadem iudicialia præcepta iterum statueret ad eius principatus regimen non peccaret, his etenim verbis Thomas tenet ceremonialia non posse absque crimine sub lege Euangelicæ iterum statui, & id maxime probatur, nam ceremonialia principaliter fuere statuta, & ordinata ad præfiguranda Christi mysteria vti futura, & ideo eorum obseruanda prædicata fidei veritati, secundū quæ confitemur illa præfigurata mysteria iam contigisse, atque completa esse. Quo fit, vt hæc ipsa opinio admittenda sit, in his ceremonialibus, quæ præcipue significabant Christi & future legis Euangelicæ aduentum, veluti immolatio agni, Circumcisio: nō tamen in his, quæ licet ceremonialia essent magis pertinebant ad deuotionem quandam, ac ritum sacrificiorum & eorum ornatum, quam ad futuræ legis, Christianique nascituri præfigurationem, cuiusmodi sunt vestes sacerdotum, altaria, thronificatio, decimarum & primitiarum solutio, oblationes, hisque plura similia, quæ & iam post legem Euangelicam à Christianæ Reipublice rectorib. statuta sunt, vt constat in 1. de consecratione, distinct. 1. traditur in c. 1. de purificatione post peccatum. & alibi sapissime præsertim per Gratianum & alios, & alibi. Et ita fieri posse animaduertendum est ex verbis eius Thomæ Ioan. Maior. in 4. dist. 3. q. 1. colum. 1. Driedo de libertate Christiana. pagina. 81. Florent. 1. part. tit. 14. c. 5. §. 9. Sic etenim plura vitia, quæ ex veteris legis instituto sacerdotij impediabant, etiam sub lege Euangelicæ ex Pontificum decretis eadem dignitate quæquam insigniri omnino vetant, quod alibi opportunius tractabitur.

Non oberit his, quod ab ecclesia Catholica ad Pasche celebrationem cōsideratur Lunæ cursus. idē, qui ab Hebræis ad immolationē agni Paschalis inspicitur: nā id non arguit ecclesiam Catholicā agni immolationē repetere: sed potius ea exclusā in memoria veri illius agni immolationis, quæ testat

duodecimo Calend. Aprilis, quo die Hispani pasche festum celebrarunt. Sed & de pascha celebratione tractat Anselm. lib. 2. de imagine mundi. c. 24. & 25. & is ibi pascham constituit à duodecimo Calend. Aprilis ad octauū Calend. Maij, quo loco falso legitur Martij. Sunt tamen, qui censent Dionysium monachū in eo Calendario, quo nunc vitimur, ad huius & similitū solennitatū celebrationem, non omnī futurorum annorum rectam habuisse rationē, & ob id hisce temporibus ob variū Lunæ cursū, variamque sedem æquinoctij, eam computationē minime continere: qua de re ad Leonem X. Pontificem Maximum scripsere Paulus Germanus Forosempronienſis, Ioan. Stofferinus, ac Petrus Ciuellus Darocenſis Hispanus, & præter hos Ioan. Lucidus de emendatione temporū, & ad Conciliū Tridentinū Ioan. Mari. quod examini & decreto S. Romanæ ecclesie relinquendū est: nec quidquā mutandum, dum ipsa Catholica ecclesia aliud non decreverit. Erit ad hæc legendus Nicephorus Gregoras lib. 8. Romana Historia. cap. de Pascha correctione.

Ex eadem radice periculōsū est, quod Caietanus scribit 3. part. q. 37. dum adserit art. 1. etiā sub lege Evangelicā posse permitti Circumcisionē, quæ simul cum baptismo sit apud Christianos Indos sub Ægypto, eo quod ea fiat nō ad oblationē legis Moſaicæ, sed ad imitationē corporalis circumcisiōnis quā Christus passus est, sed nihilominus isthæc obſeruatō maximū exhiberet scandalū in republ. Christianā vt cunq; contingeret: tamen si non fieret circumcisiō ad legis Iudaicæ obſeruationem. Scribit enim Paulus ad Galat. 5. Quoniā si circumcidamini, Christus vobis nihil proderit.

Consequitur ex supradictis legē de decimis soluendis ea ex parte, qua ceremonialis fuit, vim & obligationis ius per legis Evangelicæ promulgationem amissis. Idemque satis probatum esse, etiam si iuxta Thomæ & sequacii opinionem diximus præceptum de decimis soluendis non ceremoniale, sed iudiciale fuisse, quod verius est. & ideo superest, videre an iure naturali, vel diuino Evangelico decimarum solutio plebi Christianæ indicta fuerit: quandoquidem ex veteris testamenti legibus probari non potest, nec argumentum sumitur necessarium eas iure diuino indictas fuisse. Et tamen plura adduci solent, quæ probare videntur, decimas iure diuino & naturali ministris spiritualium debitas esse. Primo quidem autoritate Romani Pontif. dicentis in c. parochianos. de decimis. decimas non ab homine, sed ab ipso Deo institutas fuisse. ad idē text. in c. xsm non sit. c. sua. eo. tit. c. omnes decime. 16. q. 7. lex. in c. in aliquib. §. ult. de decim. Secundo, hoc ipsum poterit colligi ex c. 1. de deci. in 6. vbi Romanus Pontif. admonet maximo conatu prohibitione præmissa: ne concionatores in publicis sermonibus quidquā populo prædicent, quo eum auertant à decimarum solutione, quā constitutionē excommunicationis pœna confirmat Clem. vii. de penis. Tertio, idem suaderi potest autoritate tot viro- rum sanctitate illustrium, qui decimas clericis debitas esse diuini iuris testimonijs probare conantur: vt Gratianus refert 15. q. 7. & 16. q. 1. c. reuertimini. & Rom. Pontif. sepissime in Rub. de decim. Quarto, iuris naturalis ratio dicit, decimas ecclesiarū ministris esse soluendas, cum hi laborent circa spiritualiū administrationē, animarū fidelitū curam exercent, ac pro plebe ipsa Christiana sacrificia offerentes, summo Deo preces effundant: igitur digni sunt mercedē suā veluti legitime operantes Math. c. 10. Luc. 10. 1. ad Timoth. 5. 1. ad Corith. 9. c. cum secundū de prebend. c. 1. §. dicitur itaque. 1. 3. q. 1. ex his, 12. q. 1. Quæ oblecto tam effera, barbarave gens esset, quæ Sacerdotibus in cōmunem totius reipublicæ utilitatē Deū colentibus, mercedē laboris bonaq; ex quib. alimenta sibi perciperent, non constitueret: proculdubio quolibet respública etiam solo naturalis legis lumine imbuta, maximam haberet curā, vt sacerdotes alioqui egenti, victū sibiq; necessaria ex publico instituto consequerentur. Nam apud Ægyptos, sacerdotib. ex horreis publicis cibaria ministrabantur Genes. c. 47. de primitiis frugum, quod hæ non tantū ab Israelitis, sed & ab ethnicis Deo offerri solerent, tradit diligenter Tiraq. de primogeniis in præfatione. num. 65. Sed & olim Herculi decima dabatur, quod cōstat ex Varrone l. 5. de lingua Latina, Plutarcho in problematis Rom. c. 17. & alijs pleriq; authoribus. apud Arabas etiā Sabis Deus fuit, cui thuris decimas mensura, non pondere sacerdotes accipiebant, teste Plinio l. 2. c. 14. quāobrē iure naturali tantū inspecto, ecclesiasticis ministris decima debita videtur, & ideo quibusdā visum est, præceptū de decimis Leuitis soluendis nō omni-

no ceremoniale aut iudiciale, sed morale fuisse: quod sub lege etiam Evangelica omnino vigere, nec antiquatum esse. Et præter has rationes minime desunt auctores qui decimas etiam hodie iure diuino & naturali debitas esse asserunt, & hoc tenuerunt gl. Archid. Anch. & alij in c. de decimis. in 6. Innocentius in c. vit. de paroch. 10. And. in Rub. de decimis. idem in c. a nobis. Anton. in c. parochianos. col. 2. Abb. in c. in aliquib. col. vii. de decim. Alexander cons. 60. lib. 4. quorum Optimo Communis est secundum Francum in d. c. 1. de decimis. in 6. Imo scribit Innocentius in d. c. vit. esse quasi hæreticos eos, qui adserunt decimas etiam sub lege gratiæ non esse debitas, sed tantum sub lege naturæ. Sunt tamen qui hac in re præmissam sententiam veram esse opinentur in decimis prædialibus non sic in personalibus, quas iure tantum humano debitas esse non diuino existimant: huius equidem opinionis sunt Host. in Summa. tit. de decimis. §. & virum. q. 7. Henric. in c. parochianos. de decim. col. 5. Fel. in c. causam. de prescript. col. 1. & id communi vsu receptum esse adnotauit Cardi. in c. 1. de decimis. cum tamen hi, quos priori loco citauit, non tantum prædiales, sed & personales iure diuino, & naturali deberi absque vlla distinctione probauerint, quorum rationes fragiles sunt, nec efficaciter eorum assertionem fulcire videntur: siquidem prima, quæ pluribus vitur locis, quibus expressū est, decimas à Deo institutas fuisse, sic est intelligenda, vt à Deo lata lege ante Christi aduentū in veteri testamento id sanctum esse certo certius habeamus: atque eodē pacto interpretemur Canones, quibus scriptū est, lege diuina decimas indictas fuisse: lege, inquit, diuina veteris testamenti: ad cuius exemplar & imitationē Ecclesia Catholica sub lege gratiæ eandē decimā fructū partē in ecclesiasticorum ministrorum alimenta soluendam esse censuit. Quomobrem Hieronymus, Augustinus, Ambrosius, & ceteri viri doctissimi sanctitate illustres, testimonijs veteris instrumenti hac in controuersia vtuntur, vt ostendant Ecclesiā, eiusque principes legē à Deo Israeliticis datā imitatos fuisse: igitur & tertia ratio ex his manifeste refellitur. Secunda vero nulla indiget responsione: si optimā argumentandi rationē memoria repetamus: non enim ex ea sequitur iure diuino decimas institutas fuisse: satis equidem erit eas tantū lege Pontificia indictas esse, vt iure optime excommunicatio ferri possit in eos, qui earum solutioni detrahunt, aut detrabere conantur. Quarta ratio id tantum probat, quod iure negari non potest, scilicet à laicis congruā sustentationē clericis exhibendā esse, qua quidē possint ipsi ministri ecclesiastici sibi alimenta ministrare: nec mendicare in opprobrium tanti ordinis, tantæque dignitatis cogantur: & vt mercedē laboris pro plebe impensis ab ipsa accipiant: non tamen ex hoc sequitur, ad isthæc alimenta congruamve sustentationem decimarum fructuum portionem necessariam esse: nec ideo iure naturali eam clericis deberi.

Præterea, decimas nec iure naturali, nec diuino Evangelicæ legis institutas esse videntur rationibus probari potest, & primo, quia ratio naturalis non magis dicit ministrantibus spiritualia dandā esse decimā partē, quā nonā, octauā, vel quartā. Deinde sub lege Evangelica ea solū lege diuina tenemur seruare: quæ à Christo Iesu etiā per eius Apostolos nobis præcepta sunt. iuxta illud Matthæi vit. Docentes eos seruare omnia, quæcunq; mandauit vobis. Sed de soluendis decimis nec in Evangelijs, nec apud Apostolos visum est præceptū: igitur nec lege diuina tenemur decimas soluere. Tertio id ipsum constat, si verum est quod diuus Thomas præmittit 2. 2. quæst. 108. art. 2. & quodlibet 4. art. 13. scribens, in lege Evangelica nullum præceptū contineri, quod nō sit naturalis iuris, præter præcepta de sacramentis, atque de fide, ex illo: Iugū meū suauē est, & onus meū leue, præceptum vero de solutione decimarum, nec ad sacramenta nec ad fidei articulos attingit: ergo colligitur optime id in Evangelica lege nequaquā contineri. Quarto manifestum est decimas Consuetudine diminui non posse, si essent iure naturali, aut diuino Evangelico inductæ, & tamen consuetudine eas posse diminui probat text. singularis absque philosophica interpretatione intellectus in c. in aliquib. §. ult. de decimis. Hinc profecto factū est, vt plerique censeant, decimas etiam prædiales iure tantū humano, & Pontificio statutas esse: non diuino Evangelico, nec naturali: huiusque opinionis sunt diuus Thomas. 2. 2. q. 87. art. 1. q. 1. art. 3. idē Thom. quodlibet. 2. art. 8. Florent. 2. part. tit. 4. cap. 3. §. Syluest. in verb. decima. q. 3. & 4. & Ioan. Maior. in 3. sentent. distinct. 37. 36. Alex. de Ha-

competere: secundum Thom. & Caietan. 2. 2. q. 87. art. 3. & quodlib. 2. art. 8. textus optimus, ubi hæc est communis Doctorum adnotatio, in cap. causam de prescript. c. 2. de iudic. gl. & communis in c. quamuis. de decimis. que tamen addit, posse Episcopum alicui laico ex iusta causa, eo nempe quod Ecclesiam eiusve patrimonium à tyranni oppressione exemerit, concedere ad vitam, aliudve tempus decimarum fructus, non quidem ius ipsum percipiendi decimas: sed vt eas nomine & titulo Ecclesie consequatur, quod Doctoris ibi frequentiori calculo admiserunt: & Cardin. in c. cum Apostolica. col. 4. de his que sunt à praelat. existimat hoc esse singulare Panor. in c. ad hæc. de decimis. not. idem Thom. in d. art. 3. & art. 7. Bald. in l. si usus fructus. ff. de iure dot.

Sic & laici sacerdotum nomine, conductionis iure decimas & oblationes percipere possunt, ac quotidie exigunt & percipiunt. gloss. & ibi Abb. Anan. & ceteri, in cap. querelam. ne praelat. vic. suas. Roman. consil. 266. Dec. in c. 2. num. 14. & Ripa. nu. 115. de iudic. tamen gl. in cap. altare. r. q. 2. quam Roman. dixit singul. notab. 657. in oblationibus contrarium expressum tenuerint ex eo canone, qui tantum prohibet laicos ad altare accedere, vt oblationes accipiant: quod sanctissimum est. Quin et si laici possint constitui oblationum collectores: cauendum omnino est, ne hoc munus viris fallacibus, malis moribus præditis, aut mendacibus, impostoribusve delegetur: hos etenim execratur text. in c. vlt. de vlt. & vener. sancti. Clem. 2. de privileg. Marian. Soc. in tract. de oblat. libell. 26.

Olim sanè ante Concilium Lateranense obtentum fuit, vt laicis de Ecclesia bene meritis decimæ à Prælatiis perpetuo in feudum concederentur, at Concilium Lateranense hoc in posterum fieri magno conatu prohibuit: ita quidem, vt laici iuste possint detinere decimas antiquitus sibi à Prælatiis in perpetuum feudum concessas: non tamen eas, que post Concilium prædictum etiam iure feudorum, etiam à Prælatiis fuerint eisdem perpetuo datæ. text. singul. in c. cum Apostolica. de his que sunt à praelat. & in c. quamuis. vbi gl. & c. prohibemus. de decim. idem expressum est in c. 2. §. sane. eod. tit. in 6. verum locus hic non temerè postulat ad huius rei cognitionem examinem illud, quo solet tractari, quis fuerit huius Concilij Lateranensis auctor, quæ ætate id celebratum fuerit? Hoc etenim necessarium est ad inquirendum, quoties à laicis isthæc defensio adducta fuerit in controuersia, cuius temporis ratio habenda sit.

Et dubio procul Alexander III. post pacatam Italiam, tot seditionibus extinctis, prope mortis tempus Romæ apud Lateranum Concilium celebravit: quemadmodum tradidit Platina lib. de vitis Pontificum, Sabellicus Emmeas 9. lib. 5. Raphael Volaterranus Anthropologia lib. 22. quod item apparet ex c. cum & plantare. de privileg. c. prohibemus. de decimis. c. Iudæi sive Sarrazeni. c. ita quorundam de Iudæis: quibus & aliis locis Decreta citantur ex Concilio Lateranensi, sub Alexandro III. contigit huius Concilij conuentus, Anno Domini ferè MCLXXIX vt præter Historicos commemorant Ioan. Andr. Collecta Anton. & Cardin. in d. cap. cum Apostolica. decisio Capellæ Tholosan. 439. Guid. Pap. quæst. 288. Carolus Molin. in consuetud. Parisiens. tit. 1. §. 4. numer. 18. & Franciscus Balb. in tract. de prescript. 5. part. princip. quæst. 7. colum. 7. apud quem in hoc ipso numero vitium est impressoris manifestum ex his, quos ipse Balb. retulit. Huius igitur temporis habenda ratio est in examinandis causis, pertinentibus ad decimarum concessionem laicis ante Concilium Lateranense factam. Et licet Innocentius III. Concilium generale Romæ apud Lateranum congregauerit, anno Domini MCCCXV. quod ex Platin. & aliis 2. Conciliorum Tomo deducitur: idemque asserunt gloss. & Doct. in cap. vltim. de decimis. non tamè ad hoc Concilium referenda est prohibitio, qua vitium fuit laicis decimas dari in feudum, siquidem id ad præcedens pertinet, ex d. c. cum Apostolica. vbi Innocentius III. meminit Concilij Lateranensis, alterius profecto ab eo, quod ipse celebravit: idem apparet cum idem Innoc. in c. in Lateranensi. de præb. mentionem fecerit Lateranensis Concilij id significans, quod sub Alexandro III. habitum fuerit, cuiusque decisio sub rubr. de privileg. c. cum & plantare. continetur, quibus & illud accedit, quod in libris Decretalium Gregorij IX. quoties aliqua constitutio ex Lateranensi Concilio Alexandro III. refertur, ea Concilio Lateranensi sub Alexandro III. tribuitur: at si ex Lateranensi altero ab Innocentio III. congregato assumpta fuerit: ea Innocentio III. in generali Concilio adscribitur: vnde coniectare licet, Alexandrum III. apud Lateranum non generale totius Ecclesie Concilium, sed

cum sacrosanctæ Romanæ Ecclesie Cardinalibus tantum, Synodum conseruisse, & ideo ab his, qui Concilia Ecclesiastica congregaverunt, tria tantum Lateranensia, & generalia Concilia traduntur. Primum sub Martino I. Secundum sub Innocentio III. Tertium sub Iulio II. & Leone X. Nec in Canonibus secundæ Lateranensis Concilij vlla mentio fit eorum Canonum, qui à Gregorio IX. ex Concilio Lateranensi referuntur: ad hunc sensum, vt Canones & Decreta Lateranensis Concilij, cuius mentio fit in Gregorij Decretalibus, possint titulo Lateranensis Concilij ab Innocentio celebrati, censerì obiter tamen tollendum est à Regia Partituri lege mendum quoddam ad hunc tractatum, maxime pertinentens: nam dum in l. 4. tit. 2. part. 1. mentio fit Concilij generalis ab Innocentio III. celebrati scriptum est. eam æternam Synodum contigisse Æra MCCCXV. & tamen si adsumatur computatio temporis à Christi natiuitate, scribendum esset, Æra MCCCXV ex Platina & aliis si à Cælaris principatu additis triginta octo annis, legendum est Æra MCCCXII. Igitur cõstat, vt conque res ista examinatur, laicos posse retinere decimas ipsi in feudum concessas ante Concilium Lateranense, in quo omnes, ni fallor, conueniunt: quamuis text. in d. cap. prohibemus. cuius mehercle Concilij, insinuet laicos cum animarum periculo decimas possidere, quas ante illud concilium etiam obtinuerint, huic tamen decreto satisfieri potest, si id intellexerimus in decimis à laicis ante Concilium illud obtentis absque legitimo infestationis iure: aut fortassis text. istum hunc sensum habet, vt laici obtinentes decimas in feudum in periculo animarum sint constituti: quia maximè impendent Ecclesiis, à quibus eas acciperent, feruitia, obsequia, ministeria, secundum feudalis conuentionis leges exhibere tenentur: atque ita colligitur interpretatio non omnino incongrua: vel saltem paulo modestior quam ea, que traditur à Carolo Molin. in d. §. 46. n. 19. à quo item cauendum est in scholiis ad Alex. in d. consil. 60. lib. 4.

Præter hæc & illud est animaduertendum, laicos obtinentes decimas in feudum ante Lateranense Concilium, posse eas ex consensu Episcopum in aliquam Ecclesiam transferre, vt eas ipsa Ecclesia eodem titulo obtineat. text. in d. c. prohibemus. iuncta gl. & Doctorum communi expositione. & in cap. cum & plantare. §. 1. de privileg. & in d. cap. cum Apostolica. non sic poterunt istæ decimæ in alios laicos transferrì, etiam ex consensu Episcopum sicuti probatur in d. cap. cum Apostolica. & tenent Hostiens. Ioan. Andr. & Abb. in d. cap. prohibemus. Henricus in cap. quamuis. de decim. col. 1. Imol. in cap. 3. de feudis. col. pen. Zafius in d. de feudis. part. 4. ad fin. Hostiens. in summa. tit. de feudis. §. qui possit. col. 2. Curtius in tract. de feudis. 2. part. quæst. 8. quorum opinio communis est, secundum Carolum d. §. 46. num. 16. & Nicol. Boër. in consuetud. Bituricens. tit. de consuetud. prædialibus. §. 11. & procedit etiam in his decimis, quæ antiquo feudo extincto ad Ecclesiam redeunt: quemadmodum prædicti Doctores intelligunt: & probant licet licet decimas ante Concilium Lateranense in feudum laicis concessas, & modo eo feudo cessante ad Ecclesiam liberè pertinentes: posse à prælato in feudum iterum laicis dari eo pacto, quo aliæ res Ecclesie in feudum dari consueg. concedi possunt: adserant gl. in d. c. prohibemus. Cardin. in d. c. 2. de feudis. & alij, quorum opinionem magis communem esse in praxi, testantur Imol. in d. c. 2. col. pen. Iaf. in cap. 1. qui feud. dicit. post. colum. 4. & Curt. d. q. 8. & idem Iaf. consil. 135. in fin. lib. 1. consil. Boër. d. §. 11.

sed si dubitetur, an decimæ titulo feudi à laicis possessas, concessas fuerint ante Concilium Lateranense, vel possent consideranda antiquitas possessionis: quæ si immemorabilis tempore fuerit, maximam præsumptionem inducit: ac sufficientem probationem tituli ante Concilium adquisitum quod in specie expressim tradidit Ioan. Andr. Anton. Cardin. & Imol. in d. cap. cum Apostolica. Anchar. & Cardin. in cap. causam que. de prescript. Iacob. à S. Georg. in tract. de feud. in vltimo mixto imperio. ad fin. quibus accedunt, eorum sententiam communem esse existimantes Alexand. consil. 6. lib. 1. colum. penult. Iaf. consil. 156. col. 1. lib. 1. Francisc. Balb. de prescript. 5. part. 4. 7. ad fin. Ripa in cap. 2. colum. vltim. de iudic. Nec est necessaria probatio famæ, ex qua deducatur, has decimas ante Concilium Lateranense in feudum concessas fuisse: satis enim est, possessionem probari eius temporis, cuius initium memoriam hominum excedit, vt frequentius à prædictis autoribus receptum est: quamuis Abb. in d. cap. cum Apostolica. in vltimo. ex Ioan. Andr. ibidem. & Felin. colum. 1. in d. causam que. & idem in cap. cum contingit. numer. 4. de foro compet. opinentur præ-

memorialem quasi possessione, fore necessariam pro-

scriptionem ex fama, que dicitur laicos eas decimas in feudum...

Quarto ab eadem radice procedit ratio discriminis hac...

nec prescriptione tolli possunt: sicuti constat rationibus...

Quinto hinc perpendi potest, clericos posse prescribere...

vbi

vbi Abb. nu. 24. hoc ipsum sensit, vt ex eo Dec. adnotauit in *consil.* 34. *col.* penult. dicens, decisionem tex. in d. cap. 1. procedere, vbi fortiter ius commune resistit praescribenti. idem his non titatis Corasius scribit in *l. seruitus. in 4. ff. de seruit. n. 35.* licet Paul. Castren. lib. d. *col. pen.* ab hac ratione recesserit.

Sexto, ab eadem resolutione poterit dissolui questio illa, qua sepius tractatur, an consuetudo in solutione decimarum vim aliquam habeat ad eximendum ipsos laicos ab eo iure, quo soluere decimas tenentur. Nam à iuris vtriusque interpretibus frequentius in eam itum est sententiam, vt opinentur, consuetudinem posse à personalium decimarum solutione eximere seculares: non tamen ab obligatione soluendi praediales decimas. ita sane distinxerunt Hostiensis & alij in *c. in aliquibus de decim.* & praesertim hi, qui existimauerunt, decimas praediales iure naturali & diuino personales vero humano tantum institutas fuisse: horum mentionem fecimus hoc cap. vers. *consequitur.* vnde hanc esse communem opinionem, fateatur Rochus Curt. in rubr. *c. vi. de consuetud. fol. par. 6. 12. col. 3. per. text. in d. cap. in aliquibus. idem probat Card. à Tur. recrem. in c. venetimin. 16. q. 1. art. 7. nu. 12. Paul. Parif. *consil.* 25. lib. 4. col. 2. Eandem sententiam sequuntur Felin. in *c. causam que. de praescript. Francisc. Balb. de praescript. 5. part. princip. quest. 7.* quidam vero censent, decimas consuetudine ad viginti partem trigessimamve partem reduci posse: tolli autem nequaquam posse: quasi ius naturale & diuinum diminui: non omnino tolli possit. huic opinioni subscribere praeter alios Vincent. & Panorm. n. 7. in *c. in aliquibus de decim.* Fulgof. *consil.* 166. *col.* 2. Socin. *consil.* 297. *col.* 3. lib. 2. Bald. in *l. competit. C. de praescript. 30. annor. Paul. Parif. d. consil. 25. num. 23.* quod & Thomas velle videtur dum 2. 2. *quest. 87. artic. 1. quodlib. 2. artic. 8.* scribit, Ecclesiam, Romanam Pontificem, & legistatores ecclesiasticos potuisse statuere, vt ratione decima partis alia pars minor à populo solueretur: ea ratione, quod huius rei certa quantitas, aut portio, non iure naturali, nec diuino, sed humano tantum inducta fuerit: igitur consuetudo circa hanc portionem constituendam, vt fit quidem decima, vicissim aue, plurimum poterit efficere, *c. vi. de consuetud. quam obrem sub rubr. de decimis. passim* statuitur, in solutione decimarum attendendam esse consuetudinem *c. in aliquibus. §. vlt. commissum. c. cum sint homines. c. dilecti. c. ad Apostolica.* ex quibus & aliis hanc opinionem in decimis praedialibus, non tantum in personalibus, *d. quest. 7. Francisc. Balb. veluti magis probatam elegit. eandem communem esse, asserit eam sequutus Boerius in consuetud. Bituricens. tit. de consuet. praed. §. 12. glossi. tamen & Innocent. in d. c. in aliquibus. indistincte censent, nullam consuetudinem, eximere posse laicos, nisi ea sit à Romano Pontifice comprobata, à solutione decimarum, nec personalium, nec praedialium, nec ab earum aliqua parte, quod satis durū est. Henricus tandem in *cap. peruenit. de decim. col.* 5. existimat, laicos posse consuetudine eximi partim à solutione decimarum personalium, à praedialibus vero nec vlla ex parte consuetudine eos immunitatem adsequi valere: sicque interpretatur textum in *d. cap. in aliquibus.* veterum auctorum sententiam. Quibus mehercle opinionibus, ea, qua potuimus, diligentia atque solertia perpensis, in hac difficili, atque non inutili quaestione, certo certius opinamur, decimas ex parte, qua à iuris naturalis & diuini instituto processerit: nempe vt significant, ac praemonstrant ministrantiū spiritualia congruam sustentationem, eandemque necessariam: nulla consuetudine tolli, nec diminui posse, si quidem ius naturale, nec diuinum potest consuetudine vlla tolli, nec item diminui, quod satis manifestum est ex his, quae notantur in *c. vi. de consuetudine* & ex ea ratione, qua receptum est ius naturale immutabile, ac perpetuum esse, atque itidem diuinū, quod ab illo homine mutari nequit. Nam etsi possit Princeps, ipsaque consuetudo ius naturale ac diuinum interpretari, ac docere, ius praedictum ita esse intelligendum, vt in proposita specie, distinctis, certisve casibus, nihil aduersus ipsum ius naturale, nec diuinū committatur, nullo tamen iure fieri potest, nulla Principum licentia, nulla etiā immemoriali, vt aiunt, consuetudine, vt, quod iure naturali, aut diuino Evangelico inductum fuerit, vel partim violetur, aut tollatur: quod euidenter colligam, ne ceruicofus quispiam refragetur, existimās, posse consuetudine, vel summi Praesulis dispensatione, ius naturale ac diuinū etiā ex causa diminui. Aut etenim animaduersa causa, quae hanc diminutionem suadet, ius ipsū naturale, nec diuinū violatur: quippe quod ex ea causa cesset, tunc sane ea diminutio vera est iuris diuini**

interpretatio, quae ostendit manifeste, eam causam minime noui per hanc interpretationem induci, nec dicitur ius ipsum diminui. Aut eadem causa perpensa, nihilominus iuris naturalis, vel diuini prohibitio, aut praecipuum nuntio, limitationeque iuris naturalis & diuini permittam esse summis Principibus, fatentur quidā, nulli dubium est, aut vetatis tollatur vis ac potestas, eiusque obligatio, si ita est, libentissime querā, vbi vel ex ratione, vel ex auctoritate sufficienti permittum sit etiā summis Principibus iuris naturalis, vel diuini vinculum tollere, obligationem remittere, quaequam vt mortaliū ab eis eximere? At fortasse dices, licet quidem Christiani orbis monarchis aliqua et parte iuris naturalis & diuini vinculum remanere: totū iuris eiusdem vim tollere eis concele non sit: hoc profecto vti facile & leue commentū subistere non potest: cum summo etiam Praesuli non liceat ius diuinum nec naturae violare, & aperte constat ex praedictis inoderantem violentiam iniuriamque iuri diuino & naturali irrogantem: quidem quod ex eis iuribus ante hanc particularem derogationem vigeat, modo post eam euanuisse censeatur: quod dicendum non est, id etenim conuincitur ex traditis à me ipso in *Epitome de sponsal. 2. part. c. 6. §. 9. & c. 8. §. 6. n. 4.*

Eas vero decimas, quae iure tantū humano indictae Christianae plebi fuere, similiter censemus tolli posse consuetudine, quae rationabilis sit, ac legitime praescripta: qua & cetera, quae iure etiam Pontificio statuta sunt, passim & regulariter tolluntur, *c. vlt. de consuetud. l. de quibus. ff. de legibus. vnde* plura colligi hoc in tractatu, & deduci poterunt.

Primum hinc constat, consuetudine induci posse, vt clerici à personalibus decimis sunt immunes, licet iure canonico, etiam si sint Ecclesiarum rectores, eas soluere teneantur, *rex. à quibusdam ita intellectus in cap. nouum genus. de decim. vbi Abb. post Innoc. quae sequuntur Card. consil. 90. Host. Abb. & alij comman. ter. in c. veniens. de transact. Regia l. 2. tit. 2. part. 2. qua tamen indistincte loquitur, & quibusdā magis placet, clericos iure communi à personalibus decimis liberos esse, propter canonium genus, clericos, inquam, curam animarum habentes sic sane receptum est, clericos, etiam Ecclesiarum rectores obnoxios esse decimarum solutioni ex praedictis patrimonialibus quae sint vel in propria, vel in aliena parochia constituta, iuxta communem omnium resolutionem, in d. canonium genus vbi gl. Regia l. 2. tit. 5. lib. 1. ord. in *l. bodie l. 2. tit. 5. lib. 1. Recopil. idem D. Thom. 2. 2. quest. 87. art. 4.* à quibus etiam possent eam consuetudine, vel praescriptione gl. in *c. in aliquibus de decim. & in c. quae cognominis. 10. q. 3. Felin. in c. causam. que. col. 1. de praescript. Balb. de praescript. 5. part. princip. q. 7.* erit igitur aduertendum, posse clericos, etiam si non sint Ecclesiarum rectores consuetudine vel praescriptione eximi à solutione decimarum personalium, & praedialium: etiam ratione praedictorum patrimonialium, quae sint in alterius parochia.*

Secundo, licet magis communiter receptum sit, ex praedictis Ecclesiarum intra alterius parochiae limites sitis, decimas eidem parochiae soluendas esse, prout notant Pan. & alij in *d. canonium genus. idem Pan. in c. 1. notab. de decim. idem in c. 1. de consil. post gloss. ibi, & eleganter Card. consil. 88. nec refert sint ea praedia totalia: vel non, secundum eodem, quorum est opinio communis, hoc adserente Baldo nouello, *de dote. col. 2.* consuetudine tamen, aut praescriptione obtineri poterit libertas ab harum decimarum solutione: & ita plerisque in regionibus obtentū est, nec in merito, cum & iuxta iuris canonici sanctiones decimas istas minime debent, scripserint gloss. in *d. c. nouum genus. D. Tho. d. art. 4. & ibi Caiet. Balb. d. 47. Regia l. 2. d. tit. 21. & d. l. 2. tit. 5. lib. ord. [Hodie l. 2. tit. 5. l. 1. Recop.] probatur autē hac secundo illatio ab his, qui praecedentem tenuere.**

Tertio deducitur iure optimo procedere consuetudine, ex qua decimae vni Ecclesiae debent iure communi alteri Ecclesiae soluantur, *c. ad Apostolica. c. cū contingat. c. quoniam de decimis.* idem probatur ab ibi passissime, dum scriptum est, consuetudinem in decimis soluendis considerandam esse: atque ibi hoc tradunt Abb. & alij, *Card. consil. 88.*

Quarto fortiori ratione procedit, quod gl. & Dd. per text. ibi tradiderunt in *d. cap. cum contingat.* dicentes, consuetudinem veluti iustissimum interpretem obseruandam esse: quoniam decimae de iure dubium est, cui Ecclesiae decimae ex aeris rebus

hinc solvenda: quod passim contingere poterit: imo in hac specie sufficit decem annorum consuetudo, cum ea non sit contra ius canonicum, sed potius eiusdem iuris æqua interpretatio: quæ præter ius aliquid inducere cõtegitur: secundum Abb. in c. cum sit homines. cuius opinio ex eo probatur, quod etiã iure canonico consuetudo præter ius, legitime decennio inducitur: gloss. optima in c. vlt. in verb. consuetudo. de consuet. in 6. Abb. in cap. vestigiarum. col. 1. de sepult. Roch. Cur. in c. vlt. de consuet. in 6. in repositis consuetudinibus. q. 3. post Innoc. Host. Abb. & Dd. & ibi Bar. & communiter in l. de quibus col. 5. ff. de leg. Oldrad. cons. 285. Abb. de Fel. col. 2. in statum. de maior. & obed.

Quinto, hinc verum esse apparet, quod paulo ante ex Host. & aliis retulimus: nempe consuetudine induci posse Exemplum à solutione decimarum personalium, vt ne laici eorum partem aliquam soluere teneantur: cum iustitiam canonice iuri tantum humano deroget: nec irrationabilis sit solutio predialibus decimis, quæ sufficere videntur congruis sacerdotum alimentis.

Sexto pariter infertur, veram esse illorum sententiam, quæ decimam esse consuetudine posse decimam prædialem reduci ad vicesimam, aliam ve portionem: modo ea sufficiat honeste sacerdotum sustentationi: notat Guid. Pap. de iur. 284. dicens, ita Gratianopoli feruari.

Septimo eodẽ iure defenditur consuetudo, quæ passim in ecclesiis Christiano viget, vt ex certis fructibus nulla soluatur decima, nec eius aliqua portio, vt pote de fœno, de herbis, et oleo: si tamen ex aliis redditibus super sit iusta sacerdotum sustentatio: ita præter alios scribit Paul. Castr. cons. 17. lib. 2.

Octauo, ex his colligi poterit veritas gl. in c. cum homines. de decimis, quam sequuntur ibid. Abb. & Dec. & est similis in d. c. reuerentiam. quam dixit notab. Ia. in l. 2. q. 37. C. de iure emphyteut. à quibus tradit ut, laicos teneri omnino decimas deferre ad horrea clericorum, etiam si non fuerint ab eis petita, cum tamẽ contrarium sint, qui teneant, decimas non debere: nisi petita à sacerdotibus: ita quidem censent Archid. in c. 1. decim. in 7. Rota in antiq. 25. Fel. in c. si autem. col. 4. de res. Balb. de præscrip. 5. par. q. 7. Adria. quib. b. 5. ad fin. Guid. Pap. de iur. 283. Ex quibus colligit amplius Paul. Paris. cons. 15. n. 26. lib. 1. quod si decimæ ratione collectionis fructu à sacerdotibus non petantur, potest peti nõ possunt, quod nec iure verum est, nec ab Archid. & sequacibus commode deduci potest: cum hi expressim in more assertionem proposuerint ex D. Thom. 2. 2. q. 87. art. 4. de iur. cuius verba inferius à me explicabuntur aliter, quæ ab his accepta fuerint: & tamen utrunque sit, nec ex Aristot. nec ex aliis id potest addumi, quod Parisius existimat æquum & verum esse. & ideo eius ampliationem falsam esse alleuerans, hac in controversia tria vel quatuor proponam. Primum, seruandum esse consuetudinem, si ea alicubi viget, quod laici teneantur decimas deferre ad horrea clericorum: & eas clericis etiam non petentibus tradere. Secundum, si horrea sint publicè deputata, ad quæ decimæ omnium sacerdotum deferantur, opinor laicos teneri, etiam clericis non petentibus, decimas in ea horrea adducere: factis enim sit ducimarum tunc petitio. Tertium, opinor laicos teneri tradere decimas clericis etiam non petentibus, nec scientibus, quantum iure decimarum sibi pertineat: modo leui sumptu & labore possint ista decimæ ad horrea clericorum, eorumque domos adduci: alioqui si id non potest fieri, nec leui sumptu, nec labore, non tenentur iure laici decimas afferre in domos horrea clericorum: atque ita intelligo contrarias opiniones, quas modo retuli. Quartum est aduertendum, etiam cessantibus consuetudinibus, laicos non posse frumentum aliosve fructus in propria horrea condere: nisi prius clerici certiores fiant, vt vel ipsi, vel eorum procuratores adsint: & sint presentes fructuum collectioni, istasque eorum decimas percipiant, ne villa fructus à laicis fieri possit in solutione decimarum: sicuti expresse adnotatur Speculat. in de decim. ad fin. quem sequuntur Abb. & Dd. communiter in c. ex parte. in 2. de decim. Aufrer. in cap. thelosa. 109. & 432. Boer. in consuetud. Bituricens. titul. de consuetud. predialibus. §. 12. Guid. Pap. quæst. 283. ex l. 2. C. quando & quibus. quæ par. de lib. lib. 1. ad iuncta. non solum ff. de rei vendic. text. sing. in l. cit. §. 10. 10. 10. n. & in pragm. 17. quamvis consuetudine possit obtineri contrarium: scilicet, vt laici libere colligant frumentum, ceterosque fructus, & eos in propria horrea sine necesse condant: hisque ita conditis, decimas integre manibus spiritualium reddant: quod in specie late probat D. Thom. Saull. c. 71. pro quo videtur mihi, nisi fallor, ex pre 2a

Regial. 3. titul. 5. lib. 4. ord. licet huic consuetudini aliqua ex parte refragenur Specul. & sequaces.

Nono principaliter hinc perpendi poterit ratio vera, & sane iustissima, quæ Catholicos Hispaniarum Reges, & præsertim Carolum Primum, Casarem iustissimum induxit, vt publicis edictis veterint in his tegnis decimas à laicis exigi, quæ per consuetudinem contrariam non consueverunt solui, quemadmodum cautum est ab eodem Casare Toleti, anno 1525. l. 13. & 76. [bodie l. 6. tit. 5. lib. 1. Reco. 3.] Iustus anno 28. Madrid. l. 19. ac deinde Segobiz, anno 32. l. 56. idẽ. que apud Gallos statutum est à Philippo III. anno 1354. ac ex consuetudinibus Aruerniã idem constat, tit. 17. art. 18. & ex consuetudinibus Bituricensibus: tit. de consuetud. predialibus. §. 12. vbi ita pluries iudicatum fuisse Parisiis, adleat Boerius. Hoc ipsum tradit Carolus Dignassalus lib. 2. Regalium Franciæ, iure 7. ex ordinatione Philippi Pulchri Francorum Regis, edita anno Domini 1304.

Decimo, his omnibus animaduertis apparet, hanc consuetudinem, quæ circa decimas iure obseruandã esse censuimus, ex quadraginta tantum annorum vsu sufficientem esse, vt ea legitime præscripta censetur: text. in l. gnis in c. vlt. de consuetu. quod in specie ista, quam tractamus, Paul. Paris. scribit. cons. 25. n. 6. & 27. lib. 4. Nam quoties de consuetudine, non de præscriptione agimus: quadraginta annorum vsum legitimum esse censere tenemur: tamen si eadem in specie præscriptio longus tempus exigat. Ant. in d. c. vlt. n. 39. Fel. in c. ad audientiam. de præscrip. n. 25. Nec ad consuetudinem istam, etiam si ei aduersetur iuris communis præsumptio, titulus est necessarius: cum text. in c. 1. de præscrip. in 6. procedat in præscriptione non in consuetudine: secundum Archid. Dom. & alios ibi. Dec. cons. 134. ad fin. Alexan. cons. 6. lib. 1. gl. Abb. & ibi Roch. Curt. in d. c. vlt. fol. par. 44. Ia. in l. de quibus. n. 46. ff. de legib. Franc. Balb. de præscrip. pt. 1. par. prim. q. 10. à quibus & aliis itidem receptum est, nec bonam fidem requiri ad consuetudinem inducendam. Et licet Soc. cons. 297. lib. 2. Fulgof. cons. 1. 66. & expressius Balb. de præscrip. 5. par. prim. q. 7. senserit, hanc consuetudinem non posse induci minori seu breuiori tempore, quã eo, cuius initij memoria hominum nulla sit: eorũ sententia in consuetudine vera esse non potest: quamvis in præscriptione iure probatissima sit: cum vel quadraginta anni probato titulo, vel tempus, cuius initij nulla hominum memoria teneat, requiratur ad præscriptionem efficiendam in hac re, quã tractamus d. c. 1. de præscrip. in 6. vnde maxime ad hoc conducit scire, qualiter consuetudo à præscriptione distinctim cognoscatur: quod ex Abb. Curtio, Balbo in dictis locis percipi dilucide poterit: & potissimum ex Anton. in d. c. vlt. num. 49.

Vnde decimo attentere & diligenter penitentis his, quæ hæc de re tradidimus, censendum est, irrationabilem, & omnino iniquam esse eã consuetudinem, quæ laicos omnino ab omnibus decimarum personalium quidem, & prædialium solutione, & obligatione eximeret in aliqua regione provinciarum: etiam si sacerdotes eiusdem ibidem spiritualia ministrantes aliunde quam à decimis congrue possent alimenta percipere. Nimia etenim hæc est exemptio: siquidem ex ea tollitur illa recognitio, quam iustissimũ & æquissimũ est sacerdotibus ministrantibus spiritualia exhiberi, aliquo præstito stipendio: vnde ab Episcopis hæc irrationabilis consuetudo admittenda non est: imo penitus rescindenda.

Septimo, ad eandem rationem expendi poterit dubium illud, an ex priuilegio Romani Pontificis possit laicis competere immunitas à solutione decimarum? & plane quæ ex parte iure naturali, vel diuino Evangelico sacerdotibus decimæ debentur: non possunt à summo Pontifice tolli: ea vero, quæ iure humano debentur sunt per priuilegium Apostolicæ sedis aliqua ex causa id iustificante, remitti aliquibus possunt: cum hoc priuilegium sit dispensatio quædam contra ius humanum: quæ si sine causa fiat, tenet quidem in hunc sensum, vt factũ eius ratione valeat, nec ab inferioribus in discrimine reuocetur: peccabit tamen is, qui concesserit eandem, & is, qui ea vsus fuerit: quemadmodum explicuimus in Epitome de matrimonio. 2. par. c. 6. §. 9. n. 7. & in hac materia hoc ipsum, quod vltimo loco diximus de dispensatione sine causa, notat post alios Abb. in c. à nobis. de decim. ibi gloss. a. pertissime adseuerat, posse Romanum Pontificem quibusdam hanc obligationem soluendi decimas remittere: quia per hanc remissionem non tollitur ius naturale omnino: sed partim fit contra id dispensatio quædam particularis quam sententiam ibidem omnes concordã iudicio recepe-

ceperunt: & secuti Dec. conf. 173. col. 2. Socin. conf. 297. vol. 2. idē Dec. in c. cum ordinem. de rescript. in princip. quibus suffragantur iuris canonici decisiones, quae horum privilegiorum mentionem faciunt ea approbantes. c. suggestum. t. ex multiplici. d. c. a nobis. & c. ex parte. & c. vii. de decimis. c. accedentibus. c. si de terra. c. dudum. de privileg. Regia. l. 23. tit. 21. part. 1. ratio tamen gloss. et si ab aliis probata sit, iure non procedit, dum eadem dicitur, posse Romanum Pontificem dispensare contra ius naturale, tollere tamen illud non posse, & ideo posse aliquibus remittere obligationem solvendi decimas: non tamen tollere omnino, & uniuersaliter preceptum de decimis solvendis. nam posse Papam aliquibus immunitatem istam concedere fateamur, quia iuri humano, non Pontificio naturali derogatur: item, non posse in uniuersum a summo Ecclesie Principe preceptum hoc tolli, verum esse censemus: non quia decimae sint omnino iure naturali statuta, sed ex eo, quod tale decretum esset irrationabile, minimeque conueniens Christianae Reipublice: cuius interest spirituales ministros inopes non esse, sed ut laborantes in vinea Domini mercedē aliquam decentem a laicis capere. atque idem nequitiam possit commode preceptum de solvendis decimis generali lege aboleri, quin iuri diuino & naturali preiudicium fieret, quod nullo pacto est admittendum.

Octauo, eodē iure erit examinanda illa cōtrouersia, quae non minorem precedentibus dubitationem habet, an vera sit propria praescriptio titulo solius usufructuarius eximere possit quem ab obligatione solvendi decimas. Clericos etenim posse praescriptione acquirere exemptionem istam: cum sint capaces quasi possessionis spiritualium iurium, a iuris utriusque professoribus receptum est, & praesertim a gl. in d. cap. in aliquibus. quam Dd. ibi sequuntur. Fel. in d. c. causam que. col. 1. Balb. in d. 5. part. prim. q. 7. qui hanc opinionem intelligunt etiam quoad totam decimarum portionem, idē notat Domin. in c. 2. §. penult. de decim. lib. 6. & probatur in c. de quarta. de praescript. laici vero veluti incapaces huius quasi possessionis praescribere non possunt hanc immunitatem: sicut gl. in d. c. in aliquibus. & hi, qui eam sequuntur, in precedenti sententia palā asseuerant: a quibus in hoc ultimo ipse dissentio: quippe qui etsi sciam laicos incapaces esse quasi possessionis iuris percipiendi decimas ex alienis fundis, quae Ecclesiis debentur. d. c. causam que. non video alicubi probari eos esse incapaces ad quasi possidendam exemptionem istam a solutione decimarum: cum nec istud ius sit spirituale, nec quasi spirituale: non enim est ius percipiendi eas decimas, quae sacerdotibus ministrantibus spiritualia debentur: nec easdē decimas vere debitas retinendi: sed ius percipiendi ex agris propriis fructus integros absque detractioe decimarum: quod quid ius esse spirituale, vel quasi. eius qui incapaces esse laicos, mihi nondum ex iuris Pontificij sanctionibus constat. His accedit non omnino debilis ratio: quod si huius iuris & exemptionis a solutione decimarum essent incapaces laici, nulla consuetudo, etiam temporis, ut aiunt, immemoralis posset eximere laicos ab obligatione solvendi decimas integras, vel earum partem: quod tamen falsum esse constat ex superius adductis. probatur isthac argumentatio: quia nulla consuetudo, etiam temporis, cuius initium memoria hominum nequit comprehendere, non reddit capaces alicuius iuris eos, qui vere incapaces existunt. Abb. in 3. requisito consuetudinis in c. vii. de consuetud. & ibi Roch. fol. 30. col. 4. Fel. in d. c. causam que. col. 2. gl. in c. nobis. in verb. iuris dictione. de iure patron. & in c. sicuti. in verb. impedire. & ibi Abb. de elect. idem Abb. in cap. sacrosancta. colum. vii. de elect. Selua de benefice. 2. part. q. 23. col. 6. & hi, qui Ioan. Monach. sequuntur in cap. 2. de praebendis. in 6. quorum memini in huius lib. cap. 10. Hinc igitur fit, ut posse laicos praescriptione eximi a iure solvendi decimas, etiam quoad totum verum esse, aliis refragantibus censent: a vero praescriptio, vel erit quadraginta annorum cum tituli probatione, vel temporis immemoralis, iuxta cap. 1. de praescript. in 6. Erunt forsitan, qui etiam hac opinione recepta existimabunt, non sufficere ad hanc praescriptionem perficiendam tempus ordinarium quadraginta annorum, sed esse omnino necessarium tempus ordinarium duplicatum ex Iuriscōsultorum ratione, in l. si sic. ff. quemadmodum. seruit. amitt. vbi scriptum est, in amittenda seruitute, quae sit discontinua, exigendum esse tempus duplicatum. idem adnotatur gl. in c. cum. ecclesia Sarrina. de caus. possess. in gl. p. cuius praeter alios meminit Lal. in l. 2. C. de iure emphy. col. 2. & licet Bernar. dixerit, hoc procedere iure ciuili, aliudque esse iure canonico: id frequentissime improbatū

est: cum nulla hac in re constituatur differentia inter ius civile & Pontificium. Nec satis facit, quod quidam diligenter tractare de praescribenda seruitute discontinua: nec de amittenda discontinua eadem seruitute: siquid ea duplicatio temporis necessaria non est, vbi seruitus ita constituta fuerit, ut alternis diebus vel noctibus ea possimus uti, sed id demum Iuriscōsultum respondisse, duplicatum tempus requirere in amittenda seruitute, cuius usus alternis annis, mensibus, vel hebdomadis cōpetit. quod ibidē à gl. videtur perpendi: & expressius ab Ant. in c. penult. de censu. n. 29. vers. & aduerie Ripa in d. c. cum ecclesia. n. 119. Balb. de praescript. 3. part. 4. prim. senserunt idem gl. & Dd. in l. pen. & fin. C. de seruit. & aqua. Nam cum ius percipiendi decimas non quotidie, nec alternis adhuc mensibus, sed certo anni tempore cōpetat, quod effectus exactionis: sitque eius quasi possessio minime cōtinua: imo potius discontinua, auctore Innoc. in d. cap. de quarta. & ibi Fel. in col. pen. videtur rationem Iuriscōsultorum hac in re locum sibi vendicare. Verum huic obiectioni respondemus, primo ius istud percipiendi decimas non esse seruitutē, sed quantādam iuris Pontificij iustissimam indictionem: quā decensissimē ministri spiritualium retributionem ex temporalibus accipiunt: nec hoc ius est ad exemplar seruitutum temporalium censendum. Secundo, eadem obiectioni cessat, quia duplicatio temporis a Iuriscōsultis inducta ad quadraginta annorum spacium tantum extenditur iure canonico: ita ut quadraginta anni iure canonū saepissime ad praescriptionem requisiti, minime duplicentur, quemadmodum notat Pan. Fel. & alij, in d. c. de quarta. Capol. de seruit. vbi praedict. c. 2. quorum opinionem fatentur communem esse Francisc. Balb. d. 3. part. q. 2. sicut nec viginti anni, qui iure ciuili inter absentes exiguntur, in his praescriptionibus duplicantur, secundam gl. d. 1. penult. & fin. Capol. & Balb. in dictis locis, aduersus Abb. in d. c. de quarta. colum. penult. Sed & tertio considerandum erit in personalibus seruitutibus, quae aere persone debentur, vel a personarum personae, minime dari seruitutem discontinuam: siquidem animus semper & continuo possideat. l. §. 3. vide vi. ff. de vi & vi arm. Bar. eleganter in l. iustio §. non mutat. ff. de usufruct. cui ceteri consentiunt, & maxime Paul. Cast. conf. 3. colum. vii. lib. 2. & confil. 444. lib. 1. num. 18. Abb. in c. cum ecclesia. num. 42. de cens. poss. & propriet. quam opinionem fatentur communem esse Balb. 2. part. 5. part. prim. q. 3. vers. circa primam. & Fel. in d. c. de quarta. n. 38. quorum in hoc dubio, quod tractamus, non erit locus Iuriscōsultorum responso. d. l. si sic. Quin & ex hac vltima ratione perpendendum erit: quod solet frequentissime in praxim incidere, quantum scilicet tempus necessarium sit ad praescribendam seruitutē iuris pacendi in alieno agro: & quibusdam visum est, tempus immemorabile requiri: nam ita verum esse censet Petr. Iacob. in tit. de seruit. pecoris. de rescript. & Capol. de seruit. rust. praed. c. de seruit. iuris pacendi. n. 14. & c. de seruit. aquaeduct. n. 39. Guid. Pap. decif. 573. Anchar. conf. 255. Decif. confil. 483. n. 26. Bertrand. conf. 24. lib. 1. n. 10. Paril. conf. 27. lib. 1. num. 70. Chaffan. in consuet. Burgund. rubr. 13. §. 5. num. 16. & 17. quorum omnium ea est praecipua ratio, quod ista seruitus habeat causam, aut quasi possessionem discontinuam: & ideo non poterit praescribi aliter, quam per tempus immemorabile. text. l. hoc iure. §. ductus aqua. ff. de aqua quorid. & estina. l. seruitutes. l. magna ff. de seruit. vbi gl. & communiter: quam praeter alios tradit Balb. de praescriptionibus. 2. part. 4. part. principal. & ante eum Capol. de seruit. vrb. praed. c. 19. vnde cum isthac ratio communis sit, conueniatur necessario praemissa conclusionem ab ea deductam, etiam communē esse: & ea ratione in praxi admodum est recepta in supremis huius regni tribunalibus. Sed & ex nonnullis quidam opinantur rationem falsam esse omnino existimantes seruitutem, cuius causa discontinua sit, praescriptione ordinaria acquiri posse: nec requiri immemorabile tempus: quod modo discutiendum non est: nam & eam disputationem lector, si libuerit, legere poterit apud Ioan. Longoualium in repet. l. imperium. 4. part. ff. de iurif. d. om. iur. & Corasium in l. seruitutes 4. ff. de seruit. num. 31. Et tamen, etiam si communis opinio iure non probaretur, adhuc in usufructuenda hac iuris pacendi seruitute requirendū esset tempus, cuius initium memoria hominum excedat: vel quadraginta annorum cum titulo: ex eo, quod ista seruitus maximi sit praedicti: & praescribens habeat contrariam iuris praesumptionem, sicuti paulo ante diximus ad intelligendū cap. 1. de praescript. in 6. ex quo & defendi poterit, quod Dyacius in reg. possess. au. 3. scribit, dicens, iure Canonico ad praescribendam

scribendum vsum fructu requiri tempus immemorabile: dum
 soluit, vel verus tractus temporis, a quo memoria non
 extinguitur, & iure civili procedit. Accurritur in d. §. non
 extinguitur. Balb. de prescript. 2. part. 4. part. prin. q. 2. col. 3. & Doct.
 per text. ibi in l. vlt. C. de long. temp. prescript.
 Sed quia in hoc ipso capite non omnino consensus in-
 terpretationi, qua Dd. passim comminuntur ad text. in d. de
 prescript. in 6. non satis ardeat, nec placet in vscapione iuris
 pascendi ea decisione admittenda esse, igitur his sum motis
 querendum est, sine ista seruitute realis, an personalis: si qui-
 dem realis sit, cõstitutum erit locus sententiæ cõmuni qua
 decimus, tempus immemorabile requiritur: si personalis appa-
 reat, non erit exigenda tanti temporis vscapio: ac sufficere
 vscapionaria, longius tempus quasi possessio. seruitus sane ista
 pascendi realis est, vbi ea constituitur ad vtilitatẽ ali-
 cuius prædij, nepe, vt animalia, quibus illud prædij colitur,
 in agro vicino pascatur, vel vt animalia, quæ in hoc prædio
 coluntur, in alterius fundo pabulũ habeant. l. 3. l. p. vlt. ff. de
 seruit. rúst. præd. l. 6. tit. 1. par. 3. notat Faber & Ia. in §. aque in fli.
 de vlt. colligitur ex his, quæ Capol. tradit lib. 1. de seruit. c. 2. &
 de seruit. rúst. præd. c. de seruit. aqueduct. C. de seruit. iuris pascendi in
 prin. secundum quem & alios erit hæc seruitus personalis,
 si alieui cõpetit nullius agri aut fundi ratione. Quid ergo
 de seruitute iuris pascendi intra finis alieuius ciuitatis, op-
 pidi aut villæ, vicinis alterius ciuitatis competentis, vt hi
 possint propria animalia mittere in pascua aliena, an erit
 realis, vel personalis? & esse personale, scribit Aymon Pu-
 blianus in cons. Armeria tit. 25. art. 2. quod expressim alter
 Aymon Saul. cons. 4. col. 2. asseuerat ex hoc, dicens, hanc seruitu-
 tem acquiri vscapione ordinaria: nec requiri immemo-
 riale tempus: quod ex Pau. de Cast. colligitur in con. 113. in cau-
 sa, quæ versitur inter cõmunatam Barzani. & præced. lib. 3.
 c. 2. nam est seruitus ista causam discontinuã habeat, cum
 personalis sit, animo semper quasi possidetur, vt paulo ante
 scripsimus. Verum seruitutem istã realem esse opinor, vel
 eo quod gratum habitantium in certo loco constituitur, vel
 quod loco acquisita sit, aut contemplatione rei municipibus
 in aliqua ciuitate, vico, vel oppido degentibus, perpetuo
 cõpetat. text. insignis in l. testatrix. §. plures. ff. si seruit. vend. Paris.
 cons. 27. lib. 1. ad fin. Zak. tit. de seruit. rústic. præd. col. 3. idem expre-
 ssus lib. 1. singul. resp. c. 11. Ioan. Longaual. in d. l. imperium. 4. part.
 Ergo si seruitus hæc prædialis est, & discontinuam causam
 habet, iusta ratione colligitur, pensata cõmuni omnium
 sententiã: eam acquiri regulariter non posse vscapione ordi-
 naria, minorique, quam eius temporis, cuius initium me-
 moria humana excedit. Et licet hæc cõtrouersia difficilis
 sit, maximãque dubitationem habeat cõuersõ omnium opinio: in
 prænti tamen ita receptũ est: quã obrem conabimur eam
 intra quosdã limites cõstringere, ne passim & sine delectu
 aduersus iuris rationẽ obseruetur: & ob id trademus spe-
 cies aliquot, quibus manifestũ erit, non esse hanc comunẽ
 sententiã in vniuersum accipiendam. Est siquidem con-
 siderandum, satis esse, allegantem ius seruitutis huius, seu
 alterius cuiuslibet discontinuã, in iudicium deducere, seu
 vltimũ fuisse, decennio hoc iure pascendi, sciente, & patie-
 re aduersario, ex titulo donationis, aliove sufficienti ad cõsti-
 tuendam seruitutem. Nam etsi non probent hunc titulum,
 is omnino præsumitur, donec oppositũ probetur: nec tunc
 ratione præscriptionis seruitus acquiritur: sed titulo ex vscapio-
 nis decennio probato. glos. elegans vbi Bart. Paul. Cast. & alij
 cõmunitur in d. l. seruitutes Capol. de seruit. vrb. præd. c. 19. col. 3.
 Balb. de prescript. 2. part. 4. par. prin. q. 1. Alex. cons. 69. lib. 5. n. 7. Capol.
 in cons. civil. 11. col. pen. qui hanc esse comunem opinionem passim
 fatentur: & probatur in l. si certis annis. C. de pact. tradit etiã Fel.
 in d. quarta. de prescript. n. 41. Ia. in l. qui in aliena. n. 44. ff. de acquir. ha-
 red. text. insignis in l. r. §. vlt. ff. de acq. plu. arcen. Secundo animad-
 uerendum est, hæc in re duos tradi casus: a Petro Iac. in pract.
 in d. seruit. pasc. de prescript. & Gnidone g. 573. quibus ius in hoc
 pascendi decennio acquiratur. Primus sane, vbi vscapio hic

decennio contingens præcesserit, patiente eo, cõtra quem
 præscribitur, & recipiente mercedem aliquam in pretium
 huius pascuis pro quolibet animali, quolibet anno vel men-
 se. hic etenim actus simul cõ patientia & vscapio decennij suf-
 ficat ad acquirendam hanc seruitutem. Secundo, idem erit:
 cum intra decennium, quo vscapio huius iuris institutus est, in
 iudicio cõtrouersõ pronunciatum a iudice extiterit, pig-
 nora capta ab eo, cõtra quem præscribitur, restituenda fore
 vscapienti, aut propõsita in iudicio a pascuorum domino
 querela aduersus vscapientẽ, & vrentem pascuis alienis,
 reus absolutus fuerit: his equidem sententiis saltem bis la-
 tis, ac simul decennij vscapio operantur legitimã acquisitio-
 nem. Quamuis ipse satis dubitẽ, an in præxi obtineri possit,
 vt in his tribus speciebus a frequentissima omnium senten-
 tia recedatur. Et tamen illud est adiciendum, seruitutem
 etiã discontinuam ex vero & probato titulo bona fide, &
 decent annis inter præsentẽs, ac viginti inter absentes op-
 timo iure acquiri: vt expresse adseruit Paul. Cast. in d. l. ser-
 uittutes. Capol. in d. c. 19. Balb. in d. g. 1. col. 2. Felin. in d. cap. de quarta
 col. penult. Fabr. in d. §. aque. col. 5. ex l. vlt. in fin. C. de long. temp. prescrip-
 t. l. si ego. §. 1. ff. de public. Quibus in locis & in l. si quis ff. si seruit. ven-
 dit. etiam traditur, an sit necessarius titulus ad vscapionem
 seruitutis continuã: & tandem obtentum est, eum neces-
 sariũ non esse, quod non temere refellit Francisc. Duaren.
 lib. 1. disputat. c. 34.
 His vero, quæ de iure pascendi tempore acquisito adno-
 tauimus, maxime congruit, quod scribit Panor. in c. dilecti. nu.
 7. de arbit. existimans, in his agris, quorum pascua pluribus
 ciuitatibus, aut oppidis cõmunia sunt, quosque compascuos
 appellat Cicero in Topicis, cõmunionem, & societatem
 istã dissoluendam fore, quoties horum agrorum pascua
 non sufficiunt omnibus focis, & necessaria sunt ad pascen-
 da animalia eius oppidi, cuius dominio, limitibus, ac fini-
 bus cedunt & competunt. Quasi dominus præferendus sit,
 imminente hac necessitate, text. optimus in l. venditor. in fin. ff.
 cõm. pr. ad. huic Panormitani sententiã suffragantur Dd.
 in d. cap. dilecti. Fern. in cons. Neapol. rubr. 37. lib. 3. nu. 2. & ibi Af-
 fluct. nu. 8. idem Matth. de Afflict. dec. 29. Paul. Paris. cons. 27. li.
 1. num. 234. Rochus Curt. de consuetud. folio paruo 46. col. 2. quo-
 rum sensus idem significat, siue isti agri sunt compascui ex
 præscriptione, siue ex pacto, siue alio quocunq; titulo. lo-
 quuntur tamen hi Dd. in ea specie, vbi vnus ager est quo-
 ad pascendi vscapio domino, & alteri cõmunis. Quod si præ-
 dia & territoria duarum vrbium, vel oppidorum compa-
 scuea, & cõmunia sint quoad vscapio pascendi vtriusque
 oppidi hominibus: & petatur huius societatis, & cõmu-
 nis dissolutio, ex Panormitani opinione, probandum
 erit, hunc promiscuũ pascendi vscapio non sufficere anima-
 libus illius oppidi, qui hanc dissolutionem petit: alioqui lo-
 cus non erit hinc petitioni.
 Sed & quoties quis vel præscriptione, vel pacto, ius ha-
 bet pascendi animalia in prædio alieno, non potest prædij
 dominus quicquid agere, quo liber hie vscapio pascendi im-
 pediatur, sicuti nec dominus fundi seruitutis potest edificare
 in prædij seruitutis. l. si domus. ff. de seruit. vrb. præd. l. si eo
 loco. ff. si seruit. vendi. optime Soc. cons. 55. & seq. lib. 1. Et in hac spe-
 cie de iure pascendi Aymõ Saul. cons. 4. col. 2. & alter Aymon
 in consuet. Armeria. fol. 105. col. 2. & Capol. in tract. de seruit. rúst. præd.
 c. de seruit. iur. pasc. nu. 18. & 26.
 Sic rector ciuitatis, eiusve decuriones minime possunt
 præter morem iam vscapio receptum, vel ex consensu omnium,
 aut ad publicam vtilitatẽ, vel ex Regia permissione pascua
 omnibus ciuibus cõmunia, vel ad tempus, vel perpetuo
 interdicerẽ: nec ex eisdem agris partem aliquã certis clau-
 dere limitibus, & prohibere pascendi vscapio: quod notat
 Bart. in l. roties. §. 1. per text. ibi ff. de pollicit. idem Bart. in l. ambitio-
 sa. nu. 12. ff. de decret. ab ordin. faciend.

Cæterum, vt ad tractatum de decimis, a quo digressi fui-
 mus, redeamus: si verum est, posse laicos eximi a iure sol-
 uendi decimas, vel præscriptione, vel consuetudine, iuxta
 ea, quæ superius tradita fuere, discutiendus erit sensus ist-
 verborum, quæ D. Thomas scripsit 2. 2. q. 87. art. 1. ad fin. &
 quolib. 6. art. 10. his equidẽ, & similiter laudabiliter ministri
 Ecclesiæ decimas non requirunt: vbi sine scandalo requiri
 non possent propter desuetudinẽ, vel aliquam aliam cau-
 sam. Nec tamen sunt in statu damnationis, qui non sol-
 uunt in locis illis, in quibus Ecclesia non petit: nisi forte
 propter obstinationẽ animi: habentes voluntatem nõ sol-
 uendi
 H H

uendi, etiam si ab eis peterentur. haec enim Thom. addit ipse quodlib. 2. artic. 8. malefacere Ecclesiarum rectores, si decimas exigunt à laicis in ea prouincia, ubi non est cōsuetudo eas dari: & sic ubi cōsuetudo obtentum est, decimas ministris Ecclesiarum nō solui: cum ea petitio maximā praeberet scandalis & tumultibus occasionem. Ex his etenim ego colligo, diu Thom. fateri, sacerdotes nec posse, nec debere decimas exigere, ubi vel prescriptio, vel cōsuetudo earū solutio & exactio cessauerit. Quod si ea cōsuetudo prescriptiove potuerit obligationē soluendi decimas tollere, non dubiū est, nec tunc sacerdotibus eas exigentibus absq; vllō scandalo, necessario soluendas esse. Sin autem cōsuetudine aut prescriptione tolli non potuit obligatio ista, ob particulare scandalū non est omittenda decimarum exactio: tamen ob generale periculum, vt schismati obuietur, laudabiliter omitti posset, vt scribit Alex. Halensis. 3. part. qu. 51. memb. 6. art. 1. Deinde si vere sint laici decimarū debitores, non video, quo pacto valeant excusari ab earū restitutione, ac subinde à peccato: ex eo quod à sacerdotibus decimā nō petantur, nec enim ex hoc libera earū remissio deducitur potissimū, quia non sponte omittitur petitio, sed ne locus detur scandalo. Igitur nō constant sibi ea, quae Thom. scribit: nisi eius verba intellexerimus praemissa cōsuetudine, quae iure potuit obligationi decimarū derogare: nā tunc laici minime tenentur decimas solvere, sacerdotibus etiā petentibus. Et quod Thom. sentit, hanc cōsuetudinē nequaquā eximere laicos à decimarū obligatione, vbi Ecclesia eas petat: accipiendū est de petitione, quae fiat à Romano Pontifice, vel à Cōcilio: sublata hac ipsa cōsuetudine aliqua iusta ratione, per sententiam, decretū, aut constitutionem Ecclesiae, sicuti intellexerunt eadē verba Florent. 2. part. tit. 4. c. 3. §. 6. & Syluest. in verb. decima. q. 4. ver. quantum ad reuocatum. Hae tamen cōsuetudinis derogatio ab Ecclesia omittenda est, ab ipsoque summo eius pastore ob scandalum euitandum. atq; ita sunt interpretanda, quae à D. Thoma haec de re scripta sunt. Sic dum Ecclesia cōsuetudinē istā nō reuocauerit, laici eam seruantes liberi sunt à peccato: ci vero obnoxii, si obstinato animo ita ea cōsuetudine vtuntur, vt parati sint decimarū solutionem omittere, eamque immunitatem prouerue & contumaciter defendere, etiam praedicta cōsuetudine ab Ecclesia reuocata.

Illud vero praetermittendum nō est, eam prescriptio-
 23 nē, qua ad quietum est ius percipiendi decimas intra alienā parochiam, ad noualia minime extendi. text. in dignis in c. cum contingat. de decimis. siquidem prescriptio non procedit sine possessione, quae in noualibus nūquā contingit. & ideo in eis prescriptio obseruanda non est. optimus ad text. in l. §. si quis hoc interdictio. ff. de iur. iur. vbi Bart. & Ang. ad idem, l. qui fundum. §. 1. ff. de iur. iur. pro emptore. quā dicunt sing. esse Rom. sing. 577. & Balb. de prescript. 2. par. prin. q. 2. hoc tamen verū est, vbi nouale omnino distinctū est ab his agris, qui coli cōsueuerunt, & e quibus praescribens decimas obtinuit. Nam si nouiter praescriptus fuerit ager, ex quo syluae ceduae, glandium, feni aut herbae redditus percipiuntur, & horū decimarum portio vsucipienti soluta fuerit: etiā ad eum pertinebit frumenti nunc primum ab agro collecti decima. hic etenim ager vsucipienti decimas reddere cōsuevit ex fructibus ab eo perceptis: vnde parum refert, fructus eius nunc mutari, secundum Panor. in cons. 5. l. in 2. lib. & Paul. Parit. cons. 73. lib. 4. his accedit text. in c. commissum. & in c. cum in tua. de decim. vbi Panor. Fel. in c. audis. nu. 9. de prescript. Balb. d. qu. 2. Nec oberit praemissa decisio text. in c. ex parte. n. 3. de decim. qua probatur, priuilegium de percipiendis decimis alieni concessum etiam nouella continere. Quia distinctum ius est in priuilegio concessio ecclesiasticis, quo ad noualia extenditur, seu noualia cōprehendit: licet prescriptio nō sit ita benigne intelligenda. gl. & alij communiter: quemadmodū ibi testatur Panor. in c. cum contingat. de decim. Priuilegiū vero hac in re laicis cōcessum, nequaquā seruandum erit in noualibus. c. tua. §. vlt. de decim. Reg. l. 23. art. 21. par. 1. Sed profecto magis consonum iuribus apparet, priuilegium de decimis percipiendis, etiam clericis concessum, ad ipsas noualium decimas minime extendi, cum ea decisio, quae communem opinionem probare videtur in d. c. ex parte. specialē rationē habeat, quippe quae meminerit priuilegiū concessi his, quibus iure communi & ordinario decimae competunt, licet ab eis ius eas percipiendi, prescriptione iure vel speciali sublatum sit, quod quidem priuilegiū fauorabilem causam

habet. & ideo ita large accipitur, vt & noualia includat. ex gl. egregia in c. statum. de prebend. in 6. cuius alibi mentio fit. fecimus. atq; ita in specie à cōmuni sententia distcedit. Fort. tex. in c. 2. §. 1. de decim. in 6. vbi & initio capitis expressum est, nō satis esse, quod quis habeat priuilegium percipiendi decimas intra alterius cōfinitia, vt percipere possit noualium decimas: nisi & quoad noualia priuilegiū specialiter adsequatur, quia & hoc ipsum de percipiendis noualium decimis erit strictē interpretandum, sicuti ibidem cautum est, & praeterea priuilegia, cum ex his alteri sit praescriptū, restringenda sunt ad hunc sane modum, vt attentis, & mentantur sentū, qui minus alterius iuris laedat. text. in reg. quae. c. de reg. iur. in 6. cum olim. & ibi Dd. de consuet. c. pen. vbi gl. de Abb. & idem Abb. in c. quia circa. de priuileg. glof. in l. vii. §. in computatione. C. de iur. delib. glof. & Abb. in c. cum olim in 1. de priuileg. Alex. cons. 229. col. 6. & 7. lib. 2. Dec. cons. 113. Felin. & Dec. in super. co. de offi. deleg. Dec. in c. quae in ecclesiarum. de consuet. num. 26. & cons. 520. col. 6. in l. in l. quo minus. ff. de summi. Felin. in c. tu. q. de prescript. idem in c. causam. quae. no. 10. col. 18. Selua. de benef. 3. par. q. 13. Abb. in c. in his. de priuileg. Gozad. cons. 14. nu. 18. à quibus plura ad id iura inducentibus, praemissa deducitur resolutio, quae maxime probat Fortunij sententiam. Ad idem cōfide-
 24 randa est decisio text. in d. c. pen. de priuileg. ex qua priuilegiū ali- cui concessum, quo is eximitur à solutione decimarum ex fructibus noualium, intelligendum est de his noualibus, in quibus alter non habet tempore dati priuilegiū, quasi possessionē iuris percipiendi decimas, & hoc, ne illi fiat praedicti iuris praescriptio, quae tunc datur, nisi sit praescriptio, quae fit, vt idem fit dicendum, vbi noualia essent tempore datae immunitatis praescripta, & ex eis debita fuissent decimae alteri, secundū Pan. hoc ex cōmuni omnium sententia adferentē, in d. c. pen. ac tandē si eadem Pan. credimus, quae post priuilegium erit intelligendum in his noualibus, quae post ipsius donationē praescripta fuerint, nō in his, quae iam tempore datae immunitatis praescripta fuerant, cum iam facta praescriptio, & ipsis agris cultis sit acquisitū maximum ius, quoad decimas percipiendas his, quibus idem ius alioquin cōpetebat, & ideo non est volūtas Romani Pontificis eis praedictare, nisi id aperte cōfiteritur, qua ratione cōciliari, nisi fallor, possunt duo sane repugnantes sententiae, vna quidem eorum, qui constanter adferunt, praedictam decretalem constitutionem etiam procedere in priuilegio immunitatis à solutione decimarū ex agris antiquitus cultis, & coli solitis, vt id priuilegiū accipiat, & intelligatur ab ipso praedictio eorum, qui sunt in quasi possessione percipiendi ex eis agris, & eorum fructibus decimas, quasi Pontifex summus noluerit eis praedictare, quod ita esse existimarunt Inno. & Card. in d. c. pen. Oldr. cons. 268. Fel. in c. consuet. qua de prescript. n. 11. & Catellian. Cotta in vltimis memoriis d. d. priuilegia. Altera Boatin. & Abb. in d. c. pen. quibus accidit eleganter Dec. cons. 113. hi etenim contrarium expressum proferuntur, & sententes priuilegium immunitatis à solutione decimarū ex agris antiquitus cultis, ac iam praescriptis esse obseruandū, etiā in his agris, in quibus decimas alij percipiebant, idque ius, tempore dati priuilegiū quasi possidebant. Nam huius difficultatis propria, & vera dissolutio pendet à verisimili, & praesumpta mente cōcedentis hoc priuilegium, atque ideo si possessio est penes eum, ad quem iure cōmuni spectat, nec alibi potest ea immunitas effectū sortiri, opinio Panor. in dubio admittenda est, cum huius possessionis scientiam praesumatur cōcedenti satis notā esse, ex d. c. cons. in 6. & ei derogare voluisse. Quod fecit etiam, vbi ea immunitas potest effectū habere extra res illas iure cōmuni possessas, quibus & earū possessioni non est praesumendum, principē derogare voluisse. Sic sane vbi possessio iuris percipiendi decimas est apud eū, cui iure cōmuni & ordinario minime cōpetebat, licet priuilegio, cōsuetudine, aut prescriptione alioqui ei quiescit sit, omnino locum sibi vendicat Inno. Card. & aliorū sententia, cum priuilegiū simpliciter cōcessum de decimis, ex agris etiā antiquitus cultis nō soluendis, vllō pacto nō praedictet his, quibus praeter ius cōmune competet quasi possessio percipiendi decimas, ex eo quod huius quasi possessionis summus Pontifex ignarus est, nec eius mentionē in priuilegio fecerit, & ideo eam tollere non praesumitur. quod ex his, quae in d. c. penult. scribit Panor., colligi diligenter poterit.

CAPVT